



Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1546. usque ad annum 1549

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1770

VD18 90118529

§. 4. Provida Patrum circumspectio ante admissos Cæsaris Oratores
adhibita.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66608](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66608)

§. IV.

Sæcul. XVI.
A. C. 1548.*Provida Patrum circumspectio ante
admissos Cæsaris Oratores
adhibita.*

Priusquam Patres ambos Cæsaris Pro-
curatores exciperent, provida cir-
cumspetione usi per Synodi Scribam hæc
verba recitari iusserunt: *Tametsi nullo*
jure cogerentur Patres Cæsaris procurato-
res audire, ut qui mandato Cæsareo ad quem-
dam minime legitimum Episcoporum Con-
ventum, non ad verum illud, & Oecumeni-
cum, legitimeque congregatum Bononiæ Con-
cilium missi fuerant, ne tamen unquam ob-
tendi possit, non fuisse illic omnibus liberam
accedendi, loquendique facultatem, hinc pla-
cuit Synodo, ut hi audirentur: vult tamen,
ut per hoc nec ipsi, nec ipsorum dicta, facta-
ve comprobata censeantur, nec quidquam
juris ademptum sit Concilio, quo minus sua
decreta prosequatur, nec inde ulla juris
accessio Cæsari facta existimetur, ac insu-
per Prælati liberum sit Concilium jam
inchoatum prosequi, ac contra eos, qui il-
lus auctoritati sese subjicere recusaverint,
pœnas sacris Canonibus sancitas juxta le-
gum severitatem decernere.

His perlectis Vargas petiit, ut fide
publica constaret, a Patribus interpo-
sitam

Sæcul. XVI. fitam fuisse hanc cautionem, priusquam
 A.C. 1548. ipsi ea, quæ haberet, proponendi copia
 fuisset data: postea Patres allocutus
 dixit: „ quoniam Cæsaris Domini mei
 „ literas perspexistis, unicum superest,
 „ ut ego demandati negotii partes
 „ expleam: Adsumus igitur coram
 „ vobis, ut maximi negotii rem pertra-
 „ ctemus; non enim nos soli, sed uni-
 „ versa nobiscum Republica Christiana
 „ vos rogat, & obsecrat, ut juxta æ-
 „ quitatis leges procedatis; si enim
 „ consiliis vestris non satis provide
 „ conceptis insistere velletis, timen-
 „ dum, ne mala inde eventura bono
 „ publico admodum funesta accidant,
 „ si vero æquo Cæsaris desiderio satis-
 „ feceritis, sperandum venit, cuncta
 „ prospere cessura, ut vero ea, quæ
 „ mox protuli, melius comprehendere
 „ valeatis, rem ab alto repetam, nullus-
 „ que, ni fallor, erit, qui non satis
 „ luculenter deplorandum prospiciat
 „ statum, in quem vos conjicitis, nisi
 „ & alia capiatis consilia, nec Cæsari
 „ unice ad commune bonum intento
 „ acquiescere velitis: quapropter e-
 „ jusdem mandatis nihil ultra adji-
 „ ciam. „